

alitur etiam demessum ueluti nataliū sit impensa. Est quidem eius natura interpolis. Rursusq; q̄ libe
at uetustum nouo miscetur. Verū tamen complectēf animo: qui uolet miraculum aestimā: quanto sit
in usu omnibus terris nauū armamentis: machinis edificationum: aliisq; desideriis uitæ. Ad hos om
nes usus quæ sufficiant. minus. xxx. passuum i latitudinē. A littore carthagini nouæ minusq; in lōgi
tudine esse reperēf: Longius enim uehi ipendia prohibent. Iunco græcos ad funes usus nomini cre
damus: quo herbam eam appellant. postea palmariū foliis phylraq; manifestū ē: Et i de trau statum
a pœnis sparti usum per q̄ simili est ueri. Theopraustus auctor est esse bulbi genus circa ripas a mariū
nascens: cuius inter summum corticem eāq; partem qua uescuntur esse laneam naturam: ex qua ma
palia uestesq; quondam conficiebant. Sed neq; regionem i qua id fiat: neq; quicq; diligentius: p̄terq̄
eriphoron id appellari i exemplaribus quæ equidem iuenerim tradit. Neq; omnino ullam mentio
nem habet bulbi generē circa ripas amnium nascentis: cuius inter summum corticem eamq; partem
qua uescuntur semper habet spartum. Cuncta cura magna p̄secutus. cccxc. annis ate nos: ut alio iam
loco diximus. Quo apparet post id temporis spatium i usum uenisse sptum. Et quoniam a miraculis
rūg; cœpimus: sequemur eorum ordinem in quibus uel maximū est aliquid nasci: aut uiuere sine ula
radice. Tubera uocant hęc undiq; terra circumdata: nullisq; fibris nixa aut saltē capillamentis: nec uti
q; extuberāte loco i quo gignuntur: aut rimā agente: Neq; ipsa terræ cohæret. Cortice etiam iccludū
tur: ut plane nec terrā esse possimus dicerē: neq; aliud q̄ terre callum. Siccis hęc fere & fabulosis locis
frutetosisq; nascūtur. Excedūt: sape magnitudinem mali cotonei. etiam librari ponderē. Duo deo: ge
nera. harenosa dentibus inimica: & altera sincera. Distingūtur & color rufō nigroq;: & intus cādido
Laudatissima que africe crescūt. An ne uitiū id terre: Neq; enim aliud intelligi potest: malum ne id
ea protius globetur magnitudie qua futurę. Est & uiuat ne an non: haud facile arbitror intelligi pos
se. putrescendi enim ratio cōmunis est iis cū ligno. Lartio licinio prætório uiro iura reddēte i hispa
nia carthagine paucis his ānis scius accidisse mordenti tuber: ut deprehensus i de denarius primos dē
tes i flecteret. Quo manifestū erit terre naturam i se globari. Quod certum est ex iis quæ nascūtur &
seri non possunt.

De mysi: & tuberibus: de fungis pezicis: laserpitio: & magyderi & rubia & radicula. Cap. iiii.

Serānum

Simile est quod i cyrenaica puincia uocāt misy precipuū suauitate: odore: ac sapore: sed carno
sius. Et quod i thracia cerauniū. De tuberibus hęc tradūtur peculiariter. Cum fuerint hym
bres autūnales ac tonitrua creba: tūc nasci: & maxie tonitribus: nec ultra annū durare. te
nerrima at uerno esse. Quibusdā locis acceptantur riguis & serūtur sicut mytilenis: Negant nasci nisi
exundatione. fluminū inuecto semine ab Tiaris. Est at his locus in quo plurima nascuntur: Asiæ no
bilissima circa lampascū & alopecone sum: græciæ uero circa elin. Sunt & in fungorum generē a græ
cis dicti pezicæ. q̄ sine radice aut pediculo nascuntur. Ab his proximum dicitur auctoritate clarissimū
laserpitium quod græci silphion uocant i cyrenaica puincia repertū: cuius succū uocāt laser magni
ficum i usu medicamentisq; & ad pondus argenti denarii p̄sum. Multis iam annis in ea terra nō in
uenitur. qm̄ publicani q̄ pascua conducūt: maius ita lucrum sentientes depopulātur pecorum pabu
lo. Vnus autem caulis nostra repitus memoria. Neroni principi missus est. Si quando icidit pecus in
spē nascētis: hoc deprehēditur signo: ouē cū comederit dormiente p̄tinus capra sternutāte. Diuq; iā
non aliud ad nos iuehitur: q̄ quod in p̄sia aut media & armenia nascitur laser: multo i fra cyrenaicū
id quoq; adulteratū gūmi: aut sacopenio: aut faba fracta. Quo minus omitendum uidetur. C. Vale
rio. M. Herennio. cons. cyrenis aduecta romā publice laserpiti p̄do. xxx. Cæsarem uero dictatorem
in initio belli ciuis inter auge argentumq; protulisse ex æratio laserpii p̄do. cxi. Id apud auctories græ
cie euidentissimos iuuenimus. Natum Hymbre piceo repente madefacta tellure circa hesperidum hor
tos syrting; maiorē. vii. annis ante oppidum cyrenæ quod conditū est urbis nostre āno. cxliii. Vim
autē illā p̄ quattuor stadiosq; spatiū in africa ualuisse. In ea laserpitium gigni solitum rem feram ac cō
tumacē: & si coleretur in deserta fugientē. Radice multa crassaq; caule ferulaceo: haud simili crassitu
dine. Huius folia maspetū uocabāt: apio maxime similia. Semen erat foliaceū. Foliū ipsum uero de
ciduū. Vesci pecora solita. primoq; purgari: mox piguescere: carne mirabilē in modū iucūda. Post fo
lia amissa caule ipso & hoies uescebantur docto: asso. elissoq;. Eor; quoq; corpora. xl. primis dieb;
purgāte auitiis. Ex iis oibus succus duob; modis capiebatur e radice: atq; caule Et hec duo erant. no
mina rhizias atque caulias. Vilior ille ac putrescēs radice: cortex niger & ad mercis adulteria. Succum
ipsum in nasa coniectum admixto surfure subinde cōcutiendo ad maturitatem perducebāt: ni ita se
cissent putrescentem. Argumentū erat maturitatis color: siccitasque sudore finito. Alii tradūt laserpi
tii radicem fuisse maiorē cubitali: tuberque in ea super terram. Hoc inciso profuere solitum succū
ceu lactis supernato caule: quē magydarim uocarunt. Folia aurei colotis. p̄ semine fuisse: cadētia a ca
nis ortu: austro flante. Ex iis laserpitū nasci solitum annuo spatio & radice & caule cōsumētib; sese